



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

Jncipit liber nonus a kale[n]dis octobris vsq[ue] as kalendas nouembris. De
sancto Mathathia duce. Cap[itulum]. i.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Incipit liber nonus a kalēdis octobris
vīq; ad kalendas nouemb̄ris.

De sancto **M**athathia duce. Cap. i.



Mathathias dux ppli

iudeorum: cuius laus ⁊ sanctitas ex
gestis suis colligitur que in primo
libro machabeorum describuntur.

Qui cum omnibus filiis suis a io-
sepho ⁊ hieronymo in catalogo pa-
trum sanctorum veteris testamenti cōnumeran-
tur. Tempore antiochi epiphani regis syrie et egypti
iudeorum persecutoris claruit. Hic de ciuitate
modin oriundus: de vice ioachim quinq; filios
illustres progeniuit: videlicet iohannē: simonē: iudam: eleazarū: ⁊ io-
nathan. **C**um autē rex antiochus filios israel ad ritū gentilitatis
perduxisset: idoliū quoq; super aram templi domini in hierusalē pos-
sisset: omnes quoq; iudeos nolentes idolo sacrificare: ⁊ iuxta legē
gētilium viuere: diuersis penis affligeret. Egregius mathathias ⁊
filij eius videntes mala: que fiebant: decreuerunt pro lege dei vīq;
ad mortem fideliter decertare. Et cum legati regis venissent in mo-
din: statuētes idola: quidam ex iudeis immolauit in medio. Et sur-
gens mathathias cum suis trucidauit eum super aram: et nuncios
regis antiochi interemit: aras deposuit: et cum omni tribu sua
exiit in solitudinem omnia relinquens. Ad quos multi cum filiis et
vītoribus confugerunt: malentes herbis vti q̄ cibis gentilium coin-
quinari. Tunc emissarij regis aggressi sunt eos in sabbatis: quibus
nefas erat iudeis arma capere: et percusserunt quosdam: alios in
speluncis fumo suffocantes. Et perierunt ex eis mille: plures autē
liberati adlūci sunt mathathie: eumq; sibi ducem statuerunt: qui do-
cuit eos pugnare in sabbatis: ne lex simul cum populo periret. ⁊ col-
ligens armatos aras deposuit idolorum: immolantes quos poruit:
interfecit: pueros in circuncisio fuisse circuncidi. Et vno anno ges-
sit hunc magistratum. Cumq; graueret egrotaret: conuocans filios
suos benedixit eis: et constituit eis simonem in patrem: et consilia-
rium propter sapientiam. Iudam hō ducem in armis propter forti-
tudinem. Et mortuus est mathathias et sepultus est in modin. Sur-
rexitq; iudas cognomine machabeus filius eius pro eo: ⁊ factus est
quasi leo defendēs israel clypeo suo. Hec ex libro machabeorum: et
ex hystoria scholastica atq; ex chronica guillemi.

